



REGES ETRVSCI (I)

Dum Ancus rēgnat, Lucumō, vir dīligēns atque audāx, ā patriā discēdit –erat enim Etrūscus, in oppidō Tarquiniā nātus– atque cum uxōre urbem Rōmam petit. Lucumō et Tanaquīl glōriam atque honōrēs cupiunt/itaque domiciliū in urbe Rōmā quaerunt/atque Lucumō nōmen Rōmānum accipit ‘Lūcium Tarquiniū Prīscum’ –Rōmānī enim nōn ūnum nōmen, sed tria nōmina habēbant. Dīvitiae Tarquiniū ingentēs erant ac beneficia multa Tarquinius praestābat, itaque magna erat fāma eius inter cīvēs atque etiam apud rēgem: Tarquinius enim rēgem Ancum admonēbat et liberōs eius ēducābat. Post mortem Ancī liberī eius comitia exspectābant –populus Rōmānus rēgēs comitiīs creābat– sed Tarquinius quoque rēgnum Rōmānum cupiēbat! Itaque animōs cīvium movet atque rēgnum Rōmānum ā liberīs Ancī rapit. Rōmānī Tarquiniū rēgem faciunt: is igitur prīmus rēx Rōmānus peregrīnus est.

dīligēns -ntis adiec
audāx -ācis adiec
Etrūscus -a -um < Etrūria
honor -is m
domiciliū -ī n = ubi hominēs habitant
trēs tria = III (3)
nōmen -inis n




dīvitiae -ārum f pl
riquezo

beneficia praestāre = beneficia facere *hacer faores*
ingēns -ntis adiec = magnus *enorme*
apud rēgem acc = cum rēge *ablon el*
ad-monēre = monēre *aconsejor*
animōs movēre = persuadēre *persuadir*

extrangero.




20 Rēx bellum gerit cum Latinīs et Sabīnīs eōsque vincit atque foedera īnstituit cum multīs populīs peregrīnīs –‘foedus’ pācem et amīcitiā inter inimicōs facit. At cīvēs neque in bellō neque in pāce ōtium habēbant, nam Tarquinius nova et magna opera in urbe semper imperābat: ingentem mūrū lapidibus aedificat atque cloācam, magnum opus, facit. Etiam lūdōs et certāmina gladiātōrum īnstituit. Tūta et pulchra erat urbs, neque vērō omnēs laetī erant in eā: liberī Ancī rēgnū Tarquiniū recūsābant atque eum necāre cupiēbant. Itaque scelus terribile parant –hominēs perversī beneficia nōn praestant, sed scelera faciunt: pāstōrēs aurō corrupunt et eōs iubent rēgem interficere. Tunc pāstōrēs dolum parant et ferōcem pugnam simulant prope rēgiam. Rēx clāmōrēs terribilēs pāstōrum audit eōsque vocat. Cum pāstōrēs ad rēgem veniunt, alter pugnam nārrat, alter vērō arma capit atque rēgem oppugnat! Rēx magnum vulnus accipit atque mortuus cadit!



foedus -eris n



amīcitiā -ae f



opus -eris n : mūrū

lapis -idis m = saxum



certāmen -inis n
gladiātōr -ōris m

tūtus -a -um : urbs tūta est, nam rēx eam cūstōdit
omnis -e ↔ nullus
terribilis -e < terrēre
homō -inis m



scelus -eris n ↔ beneficium cum tempus indicat



vulnus -eris n ferōx -ōcis adiec

prope *praep+acc*

Rem tenē!

1. Respondē ad interrogāta:

- Quis est Lūcius Tarquinius Prīscus?
- Eratne Rōma patria Tarquiniī?
- Cūr erat ingēns fāma eius?
- Num liberī Ancī rēgnum patris recūsābant?
- Estne Tarquinius vir iūstus?

2. Quid significat?

- Cum rēge Tarquiniō civēs numquam ōtium habent:
 - Tarquinius est rēx tranquillus quī deōs et religiōnem colit.
 - Tarquinius semper nova opera in urbe imperat.
- Tarquinius animōs civium movet:
 - Verba Tarquiniī animōs civium mūtant.
 - Civēs animōs in agrō habēbant et Tarquinius eōs in urbe pōnit.
- Lucumō beneficia multa faciēbat:
 - Multōs civēs adiuvābat.
 - Multōs civēs diligēbat.
- Rēx bellum gerit cum Latīnīs et Sabīnīs:
 - Rēx bellum contrā inimicōs Sabīnōs et Latīnōs facit.
 - Rēx Latīnōs et Sabīnōs vocat et cum iīs bellum contrā Etrūscōs facit.
- Tarquinius multa foedera cum populīs peregrīnīs instituit:
 - Tarquinius bellum gerit cum populīs peregrīnīs.
 - Tarquinius populōs peregrīnōs sociōs facit.
- Liberī Ancī scelus terribile contrā Tarquinium parant:
 - Liberī Ancī beneficia faciunt et rēgem adiuvant.
 - Liberī Ancī Tarquinium interficere cupiunt.

3. Quae sententia melius capit argūmentum lēctiōnis I?

- Populus Rōmānus Ancum Mārcium rēgem comitiīs creat.
- Tarquinius rēx est in urbe Rōmā atque multa opera ante mortem instituit.
- Tanaquil, uxor Lucumōnis, domicilium quaerit atque honōrēs cupit.
- Filiī Ancī Mārcī clāmōrēs Tanaquilīs audiunt eamque interficiunt

4. Quālis est Lucumō? Eius virtūtēs et vitia indicā, deinde causam explānā:

Exemplum: Peregrīnus: *est, quia is nōn Rōmānus, sed Etrūscus est.*

- Audāx: _____
- Diligēns: _____
- Iūstus: _____
- Bellīcōsus: _____
- Perversus: _____

5. Estne vērum an falsum?

- Dum Tarquinius rēgnat, Rōmānī nūllum ōtium habent.
- Post mortem rēgis liberī Ancī rēgnum nōn recūsant.
- Sabīnī et Latīnī cum Rōmānīs pugnāt.
- Tarquinius mūrūm et cloācam aedificat.
- Virī perversī scelera praestant.

V	F

Vocābula disce!

6. Iunge verba cum vocābulis, deinde sententiās scribe:

foedus	movēre
bellum	īstituere
animū	habēre
beneficiū	gerere
ōtium	praestāre

- In bellō numquam Rōmānī _____.
- Populī vicīnī cum Rōmānīs _____.
- Rēx diligēns _____.
- Rōmānī post pugnam *foedus instituunt* cum Albānīs.
- Dux audāx _____ militum in pugnā _____.

7. Scribe vocābula eiusdem familiae:

- clāmōr*: Sī rēx _____, senātōrēs clāmōrēs audiunt.
- vulnus*: Virī _____ vulnera habent.
- diligēns*: Vir diligēns officium suum _____.
- timor*: Nōn _____ nec perterrita est fēmina audāx.
- terribilis*: Clāmōrēs terribilēs hominēs _____.

8. Quid convenit?

scelus / honōrēs / peregrīnus / foedus / nōmina

- Ē patriā suā discēdit atque ad novam patriam venit: _____.
- Mortem patris cupiunt: ecce _____ terribile!
- Vir audāx _____ cupit.
- Populōs inimicōs sociōs facit: _____.
- Nōn ūnum, sed tria _____ habēbant Rōmānī.

Ecce lingua

9. Vocābula, quae dēsunt, scribe:

- In urbe Tarquinius nōn ūnum _____, sed multa *opera* imperat.
- Rēx mortuus est neque enim ūnum *vulnus*, sed multa _____ accipit.
- Rōmānī cum multīs populīs peregrīnīs _____ habent: īī enim *foederibus* pācem īnstituunt.
- Tria *nōmina* habent Rōmānī, nōn ūnum _____.
- Līberī Ancī *scelus* contrā rēgem parant. Virī perversī nōn beneficia, sed _____ praestant.

10. Quae sententiae nōn sunt rēctae? Iūdicā eās secundum exemplum:

- Exemplum:** Rōmānī mūrūm *lapidibus* aedificant.
 - Etiam templa *cum lapidibus* aedificant.
 - Cloācam *lapidibus* hominēs faciunt.
- Exemplum:** Rēx sociōs peregrīnōs *foederibus* facit.
 - Itaque *foederibus* pācem cum aliīs populīs creat.
 - Cum foedere* Latīnī et Rōmānī amīcī sunt.
- Exemplum:** Līberī Ancī pāstōrēs *aurō* corrumpunt.
 - Etiam armillas hominēs *aurō* faciunt.
 - Sed casās nōn *cum aurō*, sed *cum lapidibus* faciunt.
- Exemplum:** Rōmānī rēgēs *comitiīs* creant.
 - Lēgēs quoque *cum comitiīs* creant Rōmānī.
 - Sed *comitiīs* nōn faciunt sacerdotēs.

11. Scribe fōrmam oportūnam vocābulōrum:

- Tarquinius multa *beneficia* faciēbat: is enim *beneficiīs* cīvēs adiuvābat.
- Rōmānī lapidibus *mūrūm* aedificant, itaque urbem _____ cūstōdiunt.
- Alter pāstōrum pugnam nārrat, alter *arma* capit; itaque pāstōrēs rēgem _____ interficiunt.
- Rēx *lūdōs* et certāmina multa īnstituī: cīvēs igitur _____ laetī sunt.
- Līberī Ancī *scelus* parant, atque _____ rēgem interficiunt.

12. Accommodā adiectīva:

- Rēx Tarquinius _____ (*novus*) ludōs et certāmen _____ (*magnus*) parat.
- Virī _____ (*ferōx*) rēgem armīs oppugnant.
- Rōmulus et Remus erant pāstōrēs nōn solum _____ (*diligēns*), sed etiam _____ (*audāx*).
- Rēx vulnus _____ (*terribilis*) in rēgiā accipit.
- Rōmānī cum peregrīnīs foedus _____ (*iūstus*) īnstituunt.

13. Quid minus congruit? (Tria respōsa rēcta sunt, ūnum autem prāvum)

- Rōma est...

<input type="checkbox"/> Ingēns urbs	<input type="checkbox"/> Urbs terribilis
<input type="checkbox"/> Urbs tūta	<input type="checkbox"/> Ferōcem urbs
- Rōmānī creant novum rēgem...

<input type="checkbox"/> Virum peregrīnum	<input type="checkbox"/> Virum etrūscum
<input type="checkbox"/> Virum audāx	<input type="checkbox"/> Virum diligēntem
- Līberī Ancī, virī perversī, parant...

<input type="checkbox"/> Scelus terribilem	<input type="checkbox"/> Scelus perversum
<input type="checkbox"/> Scelus ferōx	<input type="checkbox"/> Scelus ingēns
- Pāstōrēs ante rēgem simulant...

<input type="checkbox"/> Pugnam terribilem	<input type="checkbox"/> Pugnam ferōx
<input type="checkbox"/> Pugnam magnam	<input type="checkbox"/> Pugnam audācem
- Rēx ā pāstōribus accipit...

<input type="checkbox"/> Vulnus magnus	<input type="checkbox"/> Vulnus ingēns
<input type="checkbox"/> Vulnus magnum	<input type="checkbox"/> Vulnus terribile

14. Accommodā vocābula:

- Tanaquil cum _____ (*audāx Tarquinius*) ē patriā discēdit.
- Tanaquil est uxor _____ (*diligēns rēx*).
- Lupī sunt _____ (*ferōx bestia*).
- Post _____ (*terribilis pugna*) rēx mortuus est.
- Rēx urbem cūstōdit _____ (*ingēns mūrūm*).






fortis -e = validus

nex necis *f* < necāre
 claudere ↔ aperīre
 ita = sic
 prūdēns -ntis = iūstus et probus



dextram tenēre

merēre = beneficium accipere
 occupāre = locum capere
 antiquus ↔ novus



prōdigium -ī *n* serva -ae *f*



caput -itis *n*



flamma -ae *f*
 flammae ardent



REGES ETRVSCI (II)

Post necem Tarquiniū Tanaquil citō agit, rēgiā claudit atque Servium Tullium, virum fortem et prūdentem, ad sē vocat. Tunc, dum dextram eius tenet, ita eum orat: «Aspice scelus terribile filiōrum Ancī: iī perversi sunt neque rēgnum Rōmānum merent! At tū es vir prūdēns et fortis: age nunc, si vir es, atque occupā rēgnum Rōmānum». Deinde Tanaquil antiquum prōdigium ante Servium memorat: «Dormiēbas tū puer in rēgiā» –Servius enim filius servae erat atque in rēgiā habitābat– «atque caput tuum inter ingentēs flammās ardebat neque tū vulnera accipiēbas! Erat signum deōrum», nārrat Tanaquil –ea enim, fēmina Etrūsca, signa deōrum bene cognōscēbat. Verba Tanaquilis animum Serviī movent.

Statim igitur Servius Tullius liberōs Ancī ante senātōrēs accūsāt: iī fugiunt perterriti atque Servius Tullius rēgnum Rōmānum occupat neque comitia habet, sed sine interrēgnō in urbe regnat.

solo existe en plural → veī, viorum:



rēx, senātōrēs et plēbs



index -icis *m*

virtūs -ūtis *f*
 ingenium -ī *n* = sapientia
 cēnsus -ūs *m*
 classis -is *f*
 pars partis *f*
 in + acc
 sacer -cra -crum = religiōsus



arāre

in honōre esse = magnum honōrem habēre
 plēbs plēbis *f* = populus

cupidus -a -um < cupere

60 Servius Tullius bonus rēx erat atque nōn minus virtūtem ostendēbat quā ingenium: primum bellum gerit contrā Vēios, urbem Etrūscam; deinde cēnsū instituit –cēnsus est index civium–, atque civēs in classēs et urbem in partēs

65 dividit; postrēmō circā Rōmam pōmērium aedificat –‘pōmērium’ est locus sacer circā urbem. In pōmēriō civēs neque habitant neque agrum arant. Servius quoque foedus facit cum populis Latīnis atque templum deae Diānae aedificat.

70 Rēx Servius in magnō honōre erat, nōn solum apud senātōrēs, sed etiam apud plēbem –‘plēbs’ est populus, neque rēx neque senātōrēs in plēbe sunt. Omnēs eum laudābant ac diligēbant... at Tarquinius, filius rēgis Tarquiniī Priscī, vir audāx et cupidus glōriae, in cūriā ante senātōrēs Servium dēspiciēbat.



curia -ae *f*

Rem tenē!**15. Respondē ad interrogāta:**

- Cūr Servius puer in rēgiā habitābat?
- Num rēx Servius bellum gerit contrā Latīnōs?
- Quam deam colit Servius maximē?
- Cūr Tarquinius, filius rēgis Tarquiniī Prīscī, rēgem Servium dēspiciēbat?
- Estne Tanaquil fēmina iūsta?

16. Respōnsum ēlige:

- Post mortem Tarquiniī Tanaquil memorat...
 - fāmam rēgis Tarquiniī.
 - antīquuum prōdigium flammārum.
 - fābulam dē Rōmulō et Remō.
- Prōdigium Tanaquilis est...
 - scelus terribile.
 - beneficium rēgis Tarquiniī.
 - signum deōrum.
- Liberī Ancī Marcī...
 - rēgiam occupant.
 - scelus parant.
 - cum Serviō rēgnant.
- Pōmērium est locus...
 - ubi nōn sunt villae, nec templa nec agrī.
 - ubi Servius rēgnat.
 - ubi agricolae agrum colunt.
- Cēnsus est...
 - religiō et sacra Rōmānōrum.
 - locus ubi sacerdotēs sacra agunt.
 - index civium.

17. Fābulam in ōrdinem redige:

Post mortem Tarquiniī Prīscī...

- ___ Servius interrēgnum et comitia nōn habet atque rēgnum accipit.
- ___ Tarquinius, filius Tarquiniī Prīscī, animōs senātōrum contrā Servium movet.
- 1 Tanaquil liberōs Tarquiniī ad rēgnum nōn vocat, sed Servium Tullium.
- ___ Tanaquil memorat antīquuum prōdigium deōrum.
- ___ Servius in magnō honōre est in urbe, nam is validus atque iūstus est.

18. Scribe sententiās dē Serviō Tullio:

Exemplum: caput, flamma, circā, habēre: *Servius Tullius circā caput flammās habēbat.*

- accūsāre, Ancus, filius: _____
- facere, pōmērium, sacer, locus: _____
- pars, dīvidere, urbs, in: _____

- pāx, foedus, instituere: _____
- Diāna, templum, colere: _____

Vocābula disce!**19. Quid significat?**

- «Tanaquil citō agit».
 - Tanaquil tranquilla in rēgiā manet atque novum rēgem exspectat.
 - Tanaquil nōn negligit rēgnum et novum rēgem quaerit.
- «Servius nōn minus virtūtem ostendēbat quam ingenium».
 - Servius nullam virtūtem habēbat.
 - Servius erat validus in bellō et bonus rēx in pāce.
- «Servius erat in magnō honōre apud senātōrēs et plēbem».
 - Servius bonam fāmam habēbat inter senātōrēs et plēbem.
 - Servius honōrēs senātōrum et plēbis cupiēbat.
- «Tarquinius Servium in cūriā dēspiciēbat».
 - Tarquinius Servium diligēbat.
 - Tarquinius Servium nōn laudābat.
- «Tarquinius erat vir cupidus glōriāe».
 - Tarquinius magnam glōriam cupiēbat.
 - Tarquinius glōriam atque honōrēs negligēbat.

20. Coniunge verba et accommodā:

dextram	occupābat
rēgnum	claudit
rēgiam	memorat
prōdigium	tenet
flammae	ardēbant
locum	occupat

- Fēmina Etrūscā _____ in rēgiā _____.
- Tanaquil _____ *dextram* _____ Servii _____ *tenet* _____ eumque ōrat.
- In capite pueri _____ _____.
- ‘Pōmērium’ _____ magnum in urbe _____.
- Servius Tullius, sine interrēgnō neque comitiīs, _____ Rōmae _____.
- Tanaquil mortem rēgis occultat atque _____ _____.

21. Dē quō vocābulō agitur?

- Index civium quī populum in classēs dīvidit: _____.
- Virī prūdentēs habent magnum _____.
- Locus sacer circā oppidum: _____.
- Vir _____ in pugnā virtūtem ostendit.
- Aedificium ubi senātōrēs rēgem monent: _____.

Ecce lingua

22. Quod respōsum rēctum est?

- a. Servius erat in magnō honōre, nōn solum apud senātōrēs, sed etiam ...
 apud plēbe apud plēbem apud plēbs
- b. Servius dīvidit urbem...
 in partēs per partēs ad partēs
- c. In bonō rēge sunt...
 multārum virtūtū multās virtūtēs multae virtūtēs
- d. Cēnsus est index...
 multōrum cīvium multum cīvium multis cīvium
- e. Flammae erant...
 in caput Serviī in capite Serviī in capita Serviī

23. Quid nōn convenit? (cōnsiderā formam vocābulōrum!)

- a. circā, in, apud, contrā
 b. rēx, caput, prōdigium, vulnus
 c. accūsāt, ārdet, dēspiciēbat, accipit
 d. cloāca, pōmērium, templum, certāmen
 e. audāx, terribilēs, ferōx, diligēns

24. Sequere exempla (vidē memorandum III):

- a. Servius vir **fortis** et **prūdēns** erat.
 Tanaquil Servium, virum fortem et prudentem vocat. Liberī Ancī autem nōn erant _____ et _____. Rēgnum igitur est virī _____ et _____ atque populus est cum virō _____ et _____.
- b. **Omnēs** cīvēs Servium diligēbant.
 Servius enim _____ cīvēs bene cūstodiēbat. Itaque is amīcus erat _____ cīvium atque cum _____ cīvibus bonus rēx erat. In _____ bellīs rēx validus erat atque ad _____ negōtia ingenium ostendēbat. _____ virtūtēs in eō erant: in _____ parte urbis eum laudābant, in _____ populō peregrinō eum timēbant.
- c. Tarquinius erat vir **audāx** atque cupidus glōriae.
 Cīvēs virum _____ maximē timent atque beneficia virī _____ recūsant. In virō _____ nōn multae sunt virtūtēs. Virī _____ nōn sunt in magnō honōre: senātōrēs dēspiciunt virōs _____ neque accipiunt beneficia virōrum _____. Cum virīs _____ urbs nōn est tūta.



REGES ETRVSCI (III)

- Atque Tullia quoque, filia rēgis Serviī et uxor Tarquiniī, fēmina ferōx, virum suum audācem turbābat atque ad atrōx scelus eum incitābat:
- 80 Tullia enim rēgnum Rōmānum maximē cupiēbat. Tarquinius igitur coniūratiōnem contrā rēgem Servium parat: animōs senātōrum movet, iuvenēs dōnīs corrumpit, honōrēs falsō prōmittit. Ergō brevī tempore omnēs senātōrēs, ducēs,
- 85 mīlitēs, iuvenēs inimicī rēgis Serviī erant...

- Tunc Tarquinius locum Serviī in cūriā occupat atque, tamquam novus rēx, saevam orātiōnem contrā Servium habet: «Nōn nōbilis est rēx Rōmae, sed humili locō nātus, nam filius servae est! At ego filius Tarquiniī Priscī sum, meum est rēgnum Rōmānum!». Subitō rēx Servius cūriam intrat atque Tarquinium accūsāt, sed clāmant omnēs senātōrēs, Tarquinium dēfendunt atque Servium inermem ex cūriā expellunt!
- acc. cb. predicativo prep. ex-pulsan

atrōx -ōcis = ferōx
 coniūratiō -ōnis f = cōsilium
 contrā patriam
 iuvenis -is m ↔ senex -is m



dōnum -ī n



dōnīs corrumpere

falsō adv ↔ verē
 ergō = itaque, igitur



ōrātiō -ōnis f

saevus -a -um = ferōx
 nōbilis -e ↔ humilis -e
 (in) humili locō nātus
 inermis -e = sine armīs




ex + abl

ex-pellere





carpentum vehere



gravis -e ↔ levis -e



prohibere

saevē *adv* < saevussepulcrum -ī *n* corpus -oris *n*imperium -ī *n* < imperare
in odiō esse = nullam amicitiam habereodium -ī *n* superbus -a -um

Rēx vulnerātus ā cūriā ad rēgiam fugit, sed ferōx 95
Tullia, filia eius, patrem perterritum videt atque
carpentum suum grave contrā eum vehit! Filia rē-
gis corpus mortuum in viā relinquit atque fugit.

Post Servii mortem, Tarquinius tam iniūstē quam
saevē in urbe rēgnat: primum sepultūram rēgis 100
Servii prohibet –id est, corpus eius in sepulcrō
non pōnit– et senātōrēs amīcōs eius interficit.
Deinde Tarquinius, cum rēgnum occupat, neque
plēbem neque senātōrēs iam audit, sed sōlus im-
perium exercet, ergō nūllus inter civēs Rōmānōs 105
eum diligit. Postrēmō is foedera facit cum hosti-
bus Rōmānōrum atque cum virīs armātīs semper
ambulat, nam apud civēs in odiō est: ii enim rē-
gem Tarquinium ‘Superbum’ appellant.

Rem tenē!

25. Respondē ad interrogāta:

- Cūr Tullia Tarquinium ad scelus incitat?
- Ubi habet Tarquinius orātiōnem contrā Servium?
- Cūr Tarquinius Servium dēspicit?
- Quae interficit Servium rēgem? Quō instrūmentō?
- Eratne Tarquinius in honōre apud civēs?

26. Redige fābulam in ōrdinem:

- ___ Servius Tarquinium accūsāt.
- ___ Tullia carpentō Servium interficit.
- ___ Cīvēs Tarquinium ‘Superbum’ appellant.
- ___ Servius ex cūriā fugit.
- ___ Tarquinius occupat locum rēgis.
- ___ Tullia incitat Tarquinium.
- ___ Tarquinius rēx ferōx est.
- ___ Senātōrēs Servium ā cūriā expellunt.
- ___ Tarquinius in odiō est apud civēs.
- ___ 1 Tarquinius animōs senātōrum contrā Servium movet.

27. Compōne parvam fābulam ex sententiīs, quae in exercitiō secundō sunt:

28. Quis dicit quid?

- “Age, vir! Patrem meum necā atque rēgnum Rōmānum occupā!”: _____
- “Tarquinius multa beneficia praestat atque honōrēs dividit inter nōs”: _____
- “Servius bonus rēx est, sed is nōn est filius rēgis, est filius servae...” _____
- “Ī in malam rem, pater!”: _____
- “Rēx Tarquinius neque virtūtem neque ingenium ostendit. Is est ferōx, is nōn iūstus est. Est superbus!”: _____

Vocābula disce!

29. Quae adiectīva nōn congruunt? (cōsiderā vocābulōrum significātum!)

- hostēs: fortēs, vulnerātī, *sacri*, inermēs
- carpentum: superbum, grave, ingēns, parvum
- coniūrātiō: saeva, vulnerāta, atrōx, lēgitima
- iuvenēs: cupidī, aureī, prūdentēs, fortēs
- dōna: aurea, pulchra, valida, iūsta
- corpus: forte, pulchrum, humile, improbum

30. Verba idem ac contrārium significantia quaere in lēctiōne:

Verba idem significantia	Verba contrārium significantia
beneficiis =	recūsābat ↔
amat =	leve ↔
glōria =	senēs ↔
ferōx =	humilis ↔
repente =	armātum ↔

31. Quid significat?

- a. «Tarquinius iuvenēs dōnīs corrumpit»:
- Tarquinius dōna iuvenum dēspiciēbat.
 - Is dōna multa dabat atque animōs iuvenum movēbat.
 - Is nōn exspectābat dōna cīvium atque gaudēbat multum.
- b. «Tarquinius ōrātiōnem in cūriā habet»:
- Is religiōsus erat.
 - Is senātōrēs accūsāt.
 - Is animōs verbīs movet.
- c. «Servius humilī locō nātus est»:
- Is in rēgiā nātus est.
 - Familia eius ingentēs dīvitiās nōn habet.
 - Māter Servīi eum nōn cūrat atque in campō relinquit.
- d. «Tarquinius sōlus imperium exercēbat»:
- Neque senātōrēs neque populus rēgem monēbant.
 - Rēx sōlus in rēgiā habitābat.
 - Tarquinius braccia exercēbat in agrō cum Rōmulō et Remō.
- e. «Tarquinius in odiō erat apud cīvēs»:
- Tarquinius omnēs laudābant.
 - Tarquinius cīvēs nōn diligēbant.
 - Tarquinius in honōre nōn erat.

Ecce lingua

32. Emendā errōrēs in sententiis:

- a. Senātōrēs nōbilis erant, itaque Servium humilī locō nātum dēspiciēbant.
- b. Vulnerātus Servius ex cūriam ad rēgiā fugit, sed filia eum interficit.
- c. Tullia corpus mortuum rēgis in viā relinquit atque discēdit.
- d. Tarquinius in odium erat apud cīvēs, nam is iniūstē rēgnābat.
- e. Senātōrēs Servium inermis ā cūriā expellunt eiusque rēgnum recūsant.

33. Coniunge sententiās ut in exemplō:

- a. Tarquinius senātōrēs incitābat / Ii inimicī Servīi erant.
(itaque) *Tarquinius senātōrēs incitābat, itaque inimicī Servīi erant* _____.
- b. Senātōrēs Servium accūsant / Servius ā cūriā fugit
(ergō) _____.
- c. Tullia cupida rēgnī erat / Ea patrem suum interficit.
(igitur) _____.
- d. Tarquinius rēx neque senātōrēs neque plēbem audiēbat / Is in odiō erat.
(ergō) _____.
- e. Servius humilī locō nātus erat / Tarquinius eum dēspiciēbat.
(igitur) _____.

34. Adiectiva rectē dēclīnā:

- a. Servius Tullius, rēx Rōmae _____ (*validus*) filiam _____ (*ferōx*) habēbat. Ea erat uxor Tarquiniī, virī _____ (*audāx*) et _____ (*cupidus*) honōrum: is enim cum _____ (*atrōx*) fēminā vitam agēbat quae eum turbābat atque ad _____ (*saevus*) scelera incitābat. Itaque Tarquinius ōrātiōnibus _____ (*superbus*) coniūrātiōnem _____ (*iniūstus*) contrā Servium facit atque locum eius in cūriā occupat. Tarquinius igitur cum senātōribus _____ (*inimicus*) Servīi atque _____ (*audāx*) iuvenibus in urbe rēgnat.
- b. Gladiātōrēs Rōmānī _____ (*multus*) certāmina _____ (*pūblicus*) faciēbant. Certāmina gladiātōrum _____ (*saevus*) erant. _____ (*fortis*) gladiātōrēs in _____ (*terribilis*) certāminibus inter sē pugnābant. Multī gladiātōrēs _____ (*atrōx*) dolōs parābant, itaque _____ (*ferōx*) inimicōs superābant. Gladiātōrēs in _____ (*ingēns*) amphitheātrō certābant. Ii arma _____ (*gravis*) gerēbant et etiam contrā gladiātōrēs _____ (*inermis*) pugnābant! Omnēs laudābant _____ (*nōbilis*) gladiātōrēs, sed philosophī, hominēs _____ (*prūdēns*), certāmina gladiātōrum maximē recūsābant!

35. Audi recitātiōnem et implē:

Tarquinius rēgnum maxim_____ cupit, ergō senātōrēs iniūst_____ incitat atque eōs inimicōs rēgis facit. Servius ben_____ rēgnābat, sed repent_____ omnēs eum recūsant atque saev_____ dēspiciunt quia filius servae erat atque humilī locō nātus. Itaque subit_____ eum ā cūriā expellunt atque filia eum cit_____ interficit.

Nunc respondē:

- a. Adverbia Latīna habent terminātiōnem _____ / _____
- b. Adverbia in _____ sunt: _____, _____, _____, _____, _____
- c. Adverbia in _____ sunt: _____, _____

36. Vitam rēgum breviter nārrā. Quōmodo rēgnum occupant? Quid dē vitā eōrum? Quae opera faciunt? Quōmodo mortuī sunt?

Exemplum: Rōmulus

- Dē vitā: Lārentia et Faustulus, p̄rimus rēx, bellicōsus, filius Silviae, Hersilia...
- Dē rēgnō: avum liberat, novum oppidum condit, mortem Remī, Sabīnās rapit, cum Titō Tatiō rēgnat...
- Dē morte: tempestās, ad caelum ascendit...

"Rōmulus p̄rimus rēx Rōmānōrum est. Is puer cum Remō in campō habitābat. Faustulus et Lārentia eōs cūrābant et educābant, sed īi filiī Silviae erant! Postea puerī crēscunt et scelus Amulīi cognōscunt: avum suum Numitōrem liberant atque novum oppidum condunt. Rōmānī Rōmulum rēgem creant, sed Remus mortuus est. Deinde Rōmānī, quī fēminās nōn habent, Sabīnās rapiunt. Bellum est inter Rōmānōs et Sabīnōs, sed postea īi foedus faciunt atque Rōmulus cum Titō Tatiō rēgnat. Post XXX annōs magna tempestās Rōmulum occultat eumque ad caelum tollit".

"Post Rōmulum..."

[Rōmulus → Numa → Tullus Hostilius → Ancus → Tarquinius Priscus → Servius Tullius → Tarquinius Superbus]

Cōgitō ergō... grammaticam discō!

MEMORANDVM I: Vocābula neutra tertiāe dēclinātiōnis

- In tertiā dēclinātiōne vocābulōrum sunt etiam vocābula (substantīva) **neutra**.
- Multa vocābula **neutra** tertiāe dēclinātiōnis habent nōminātivum **-us**: *scelus, corpus, vulnus, foedus, opus*; multa quoque habent nōminātivum **-en**: *nōmen, certāmen*; alia vērō alium nōminātivum monstrant, ut *caput*. Genetivus plūrālis hōrum vocābulōrum in **-um** dēsinit.
- Vidē **plūrālem!** *scelus* → *scelera*; *corpus* → *corpora*; *vulnus* → *vulnera*; *foedus* → *foedera*; *opus* → *opera*; *nōmen* → *nōmina*; *certāmen* → *certāmina*; *caput* → *capita*.

	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōm	corpus	corpora	nōmen	nōmina	caput	capita
Voc	corpus	corpora	nōmen	nōmina	caput	capita
Acc	corpus	corpora	nōmen	nōmina	caput	capita
Gen	corporis	corporum	nōminis	nōminum	capitis	capitum
Dat	corporī	corporibus	nōminī	nōminibus	capitī	capitibus
Abl	corpore	corporibus	nōmine	nōminibus	capite	capitibus

MEMORANDVM II: Adverbia (p̄rima pars)

- In linguā Latīnā multa adverbia dēsinent in **-e**: *repente, saevē, maximē, bene...*
- Alia adverbia dēsinent in **-o**: *citō, subitō...*

MEMORANDVM III: Adiectīva

- In linguā Latīnā sunt **duae** classes adiectīvōrum:
 - Adiectīva classis A: ut *bonus, bona, bonum* et *pulcher, pulchra, pulchrum*. Adiectīva classis A habent terminātiōnēs **p̄rimae et secundae dēclinātiōnis** vocābulōrum.
 - Adiectīva classis B: ut *nōbilis, humilis, fortis, inermis, gravis, terribilis, ingēns, ferōx, atrōx*. Adiectīva classis B habent terminātiōnēs **tertiāe dēclinātiōnis** vocābulōrum, sed ablātivus singulāris semper dēsinit in **-i**; genetivus plūrālis in **-ium**; nōminātivus, vocatīvus, accusātīvus neuter plūrālis dēsinent in **-ia**.
- Inter adiectīva classis B duō gregēs sunt:
 - Nōminātivus in **-is** ut *nōbilis, humilis, inermis, fortis, gravis*. Nōminātivus in **-is** valet ad masculīnum et fēminīnum; in neutro vero nōminātivus (et vocatīvus et accusātīvus) est **-e**. **Exempli gratia:** *vir nōbilis* (m), *fēmina nōbilis* (f), sed *foedus nōbile* (n).
 - Nōminātivus in cōnsonantem ut *ferōx, atrōx, ingēns, prūdēns, diligēns*. Nōminātivus valet ad masculīnum, fēminīnum et neutrum. **Exempli gratia:** *rēx ferōx* (m), *fēmina ferōx* (f), *scelus ferōx* (n).

Tantum tria adiectīva huius classis ad hās fōrmās non conveniunt: 'vetus', 'dives' et 'pauper', quae habent ablātivum singulārem **-e**, genetivum plūrālem **-um**, neutrum plūrālem **-a**.

ADIECTIVA 'A'						
	Singularis			Plūralis		
	masc	fēm	neut	masc	fēm	neut
Nōm	bonus	bona	bonum	bonī	bonae	bona
Voc	bone	bona	bonum	bonī	bonae	bona
Acc	bonum	bonam	bonum	bonōs	bonās	bona
Gen	bonī	bonae	bonī	bonōrum	bonārum	bonōrum
Dat	<i>bonō</i>	<i>bonae</i>	<i>bonō</i>	<i>bonīs</i>	<i>bonīs</i>	<i>bonīs</i>
Abl	bonō	bonā	bonō	bonīs	bonīs	bonīs

	Singularis			Plūralis		
	masc	fēm	neut	masc	fēm	neut
Nōm	pulcher	pulchra	pulchrum	pulchrī	pulchrae	pulchra
Voc	pulcher	pulchra	pulchrum	pulchrī	pulchrae	pulchra
Acc	pulchrum	pulchra	pulchrum	pulchrōs	pulchrās	pulchra
Gen	pulchrī	pulchrae	pulchrī	pulchrum	pulchrārum	pulchrōrum
Dat	<i>pulchrō</i>	<i>pulchrae</i>	<i>pulchrō</i>	<i>pulchrīs</i>	<i>pulchrīs</i>	<i>pulchrīs</i>
Abl	pulchrō	pulchrā	pulchrō	pulchrīs	pulchrīs	pulchrīs

ADIECTIVA 'B'								
	GREX I			GREX II				
	Singularis		Plūralis	Singularis		Plūralis		
	masc-fēm	neut	masc-fēm	neut	masc-fēm	neut		
Nōm	trīstis	trīste	trīstēs	trīstia	ferōx	ferōcēs	ferōcia	
Voc	trīstis	trīste	trīstēs	trīstia	ferōx	ferōcēs	ferōcia	
Acc	trīstem	trīste	trīstēs	trīstia	ferōcem	ferōx	ferōcēs	ferōcia
Gen	trīstis		trīstium		ferōcis		ferōcium	
Dat	<i>trīstī</i>		<i>trīstibus</i>		<i>ferōcī</i>		<i>ferōcibus</i>	
Abl	trīstī		trīstibus		ferōcī		ferōcibus	

MEMORANDVM IV: Praepositionēs

- Praepositionēs cum ablātīvō: in, cum, ā/ab, ē/ex, sine.
- Praepositionēs cum accūsātīvō: ad, apud, ante, circā, contrā, extrā, inter, per, post.

MEMORANDVM V: Coniunctiōnēs

- Cum, dum significant tempus:
 - Cum indicat initium actiōnis: *Cum* pāstōrēs veniunt, Ancus eōs interrogat.
 - Dum indicat spatium actiōnis: *Dum* Servius rēgnat, omnēs civēs laeti sunt.

Vocābula V

LECTIO I	Lucumō -ōnis <i>m</i>	cupidus -a -um	LECTIO III
admonēre	movēre	cūria -ae <i>f</i>	amīcus -a -um
alter -a -um	nōmen -inis <i>n</i>	dea -ae <i>f</i>	atrōx -ōcis
amīcitia -ae <i>f</i>	omnis -e	dextra -ae (manus) <i>f</i>	carpentum -ī <i>n</i>
animus -ī <i>m</i>	opus -eris <i>n</i>	flamma -ae <i>f</i>	coniūratiō -ōnis <i>f</i>
apud	praestāre	fortis -is	corpus -oris <i>n</i>
audāx -ācis	prīmus -a -um	in	dēfendere
aurum -ī <i>n</i>	prope	index -icis <i>m</i>	dōnum -ī <i>n</i>
beneficiū -ī <i>n</i>	pugna -ae <i>f</i>	ingenium -ī <i>n</i>	ergō
certāmen -inis <i>n</i>	scelus -eris <i>n</i>	ita	ex
clāmōr -ōris <i>m</i>	simulāre	locus -ī <i>m</i>	expellere
cloāca -ae <i>f</i>	Tanaquil -ilis <i>f</i>	memorāre	falsō
cum + <i>ind</i>	Tarquīnia -ae <i>f</i>	merēre	gravis -e
diligēns -entis	Tarquīnius	minus	humilis -e
dīvitiāe -ārum <i>f pl</i>	Prīscus -ī <i>m</i>	nex necis <i>f</i>	incitāre
domiciliū -ī <i>n</i>	terribilis -e	occupāre	inermis -e
ēducāre	trēs tria	ōrāre	iuvenis -is <i>m</i>
Etrūscus -a -um	tūtus -a -um	ostendere	nōbilis -e
fama -ae <i>f</i>	vulnus -eris <i>n</i>	pars -artis <i>f</i>	odium -ī <i>n</i>
ferōx -ōcis		plēbs -ēbis <i>f</i>	ōrātiō -ōnis <i>f</i>
foedus -eris <i>n</i>	LECTIO II	pōmērium -ī <i>n</i>	prohibēre
gerere	antīquus -a -um	prōdigium -ī <i>n</i>	prōmittere
gladiātor -ōris <i>m</i>	arāre	prūdēns -entis	saevus -a -um
homō -inis <i>m</i>	ārdere	sacer -cra -crum	sepulcrum -ī <i>n</i>
honor -ōris <i>m</i>	aspicere	serva -ae <i>f</i>	sepultūra -ae <i>f</i>
ingēns -entis	caput -itis <i>n</i>	Servius Tullius -ī <i>m</i>	superbus -a -um
īstituere	cēnsus -ūs <i>m</i>	tenere	Tullia -ae <i>f</i>
lapis -idis <i>m</i>	classis -is <i>f</i>	Vēiī -ōrum <i>m pl</i>	vehere
Latīnus -a -um	claudere	verbum -ī <i>n</i>	
Lūcius -ī <i>m</i>	cognōscere	virtūs -ūtis <i>f</i>	

Dē linguīs comparandīs:

- Quare vocābula hodierna quae ex hīs vocābulis Latīnīs dēriventur: 'aurum', 'caput'...

Aurea dicta:

Haec 'aurea dicta' lege eaque cōsiderā: "Timeō Danaōs et dōna ferentēs" (Vergilius, *Aenēis* II 49), "Homō sum, hūmāni nihil ā mē aliēnum putō" (Terentius, *Heautontimōrūmenos* 77), "Quot capita, tot sententiae" (Terentius, *Phormiō* 454).

Suntne alia 'aurea dicta' quibus vocābula huius capituli contineantur? • Quare ea.

